

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Superbia ba  
cum fonte primo

Mansueti suscipiuntur in celum,  
superbi deiciuntur in terram, ut  
permutacione uicaria unde humilis  
leuatus est, ibi superbus corruat, et unde  
Sathanas elatus cecidit, fidelis homo  
subleuatus ascendet.

Cassiodorus super illud Psalmorum:  
Susciens mansuetos Dominus.

Mansueti suscipiuntur in caelum,  
superbi deiciuntur in terram, ut  
per mutacionem uicaria unde humilis  
leuatus est, ibi superbus corruat et unde  
sathanas elatus cecidit, fidelis homo  
subleuatus ascendat.

Aurelius Cassiodorus, *Expositio Psalmorum*, 146, 6 (CCSL 98, M. Adrien ed., p.1307, ll.132-135).